



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXXIII. Surdus & mutus curatur. Marc. 7.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

LXXIII.

Surdus & mutus curatur. Marc. 7.

3. **E**T iterum exiens de finibus Tyri, ve- Dom. 11. post
nit per Sidonem ad mare Galilae, Pentecost.
inter medios fines Decapoleos. Et adducunt
ei surdum & mutum, & deprecabantur
eum ut imponat illi manum. Theophyl. Theophyl.
" Non moratur diu in gentilium locis.) Glossa.
" Muti autem sunt (inquit Glossa) qui
non laudant Deum, surdi qui obtem-
perant, &c.)
2. Et¹ apprehendens eum de turba seor-
sum,² misit digitos suos in auriculas eius, &
³ expuens tetigit linguam eius, & suspi-
ciens⁴ in caelum⁵ ingemuit, & ait illi,
Ephetha, quod est, ⁶ adoperire; & statim
aperta sunt aures eius, & solutum est vin-
culum linguae eius, & loquebatur rectè.
Victor Antioch." Christus non ita ad Victor.
suam dignitatem spectare videtur sicut
ad nostram salutem; neque ad eò curare
ut magnum aliquod sonet, atque illud
depromat quo nos ad se pertrahere
queat; quare sublimibus eius dictis fa-
ctisque multa passim tenuia inferuntur,
&c.)" Fortè etiam eum à turba seorsim
appre-

apprehendit, vt doceret, qui mente curari volunt praua debere vitare consortia, & Deo secreto vacare; peccatores etiam sæpè priuatim monendos, ne ex humano rubore à pœnitentia auertantur, &c.) Idem.

3. *Et præcepit¹ illis ne cui dicerent;² quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eò³ amplius admirabantur, dicentes: Bene⁴ omnia fecit; & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Augustinus. " Vt quid hoc præcipiebat? nisi quia piger volebat ostendere quanto studiosius, quantoque feruentius eum prædicare debeant quibus iubet vt prædicent, quando illi qui prohibebantur, tacere non poterant.) lib. 4. de Consensu Euang. c. 4.

August.

LXXIV.

Dom. 6. post
Pentecost.

Septem panibus quatuor millia reficiantur. Matth. 15. Marc. 8.

1. **I**terum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis, *Misereor super turbam,*